

Gbd

E libris

gymnasio Mauritiano Magdeburgensi

a venerabili

Carolo Funk

theol. doctore et gymnasii directore

a. 1857 hereditate relictis.

G. f. 171.

Ballenst. Inv. = Ye 7937 TK

ONOMACTHPIA
SERENISSIMI PRINCIPIS
AC DOMINI
DOMINI
CAROLI
DVCIS BRVNSVICENSIVM
AC LVNEBVRGENSIVM
PRINCIPIS AC DOMINI NOSTRI
LONGE CLEMENTISSIMI

IN

DVCALI ANNA - SOPHIANEO
A. D. XXVIII JAN. CID ID CCLVI
HORA MATVTINA NONA
PIE ATQVE RITE CELEBRANDA

INDICAT

PRAEMISSO

SVPPLEMENTO LIBRORVM
LIPSIAE

AB A. MCCCCCLXXXI AD A. MCCCCXG

IMPRESSORVM

M. IO. ARNOLD. BALLENSTEDT,
RECTOR ET INSPECTOR.



HELMSTADII

TYPIS E. P. D. SCHNORRL
ACADETYPOGR.

A

nno MDCCXL Lipsiae prodit i. o. HENR. LEICHLI,
Philosophiae quondam Prof. P. et morte jam MDCCCL
defuncti, Liber de Origine et Incrementis Typogra-
phiae Lipsiensis; cui accessit Librorum saeculo XV ex-
causorum ad Maitainii Annales supplementum. Equi-
dem tum statim Annales Typographiae Lipsiensis,
qui Cap. VI. hujus libri continentur, evoluti, Augustas aliorumque bi-
bliothecarum forulos excusci, atque notios eosque longe locupletiores
annales adornare coepi, e quibus in praefentia tantum libros vel a Clar.
LEICHLIO praetermissos, vel ab eo non visos, cum orbe eruditio commu-
nicare animum induxi.

Ad Annum igitur MCCCCLXXXI primum referimus

10. ANNII VITERBIENSIS *Glosam super Apocalipsin de statu Eccles.*
ab An. salut. praesenti scil. M. CCC. LXXXI. usque ad finem
mundi. Et de preclaro et gloriissimo triumpho christianorum in
Turcos et Maometanos, quorum secta et imperium breuiter incipi-
pet deficere, ex fundamentis Johannis in Apocalipsi et ex sensu
litterali ejusdem aperiissimo: cum consonaria ex iudiciis astro-
rum. ex Genua, M. CCC. LXXX. Die XXXI. Mart. in sabbato
2do completum. Impr. Lipczk, Anno sequente, scilicet M.
CCCC. LXXXI. in Profecto Michael. in 4.

Primum hic liber locum in iis, qui Lipsiae impresi sunt, apud p.
MARCHAND tenet, dans: *Hist. de l' origine et des premiers progrès de
l' Imprimerie p. 74.*

Neque minus MAITTAIRE in *Annal. Typogr.* T. I. p. 427. pro li-
bro primo Lipsiae edito habet, I. I. MULLERI, qui de *Incunabulis Ty-
pogr. Lips.* scriptis, auctoritate permotus. Editionem priorem Genu-
ensem A. MCCCCCLXXX. F. MAITTAIRE ad annum hunc MCCCC
LXXXI. p. 413. adserit. Falluntur vero ORLANDI et CAILLE, qui ali-
um impressionis locum *Genzano* fabricarunt: item BEVGHEM, qui ex
Genua Gentianum composuit.

Ad A. MCCCCCLXXXIV. a MAITTAIRIO p. 452. M. ALBICI
Praxis Medendi, per Marc. Brand impressa, in 4. et BALTHASARIS
Conclusiones XXXIX contra Jo. Hussum pro una specie sacramenti, refe-
runtur p. 460. nisi forte error, ei liber prior idem cum Albici Traetat.
de *Reginiane hominis*, hic vero libris A. MCCCCXCIV. adscribendus sit.

Libris A. MCCCCCLXXXVII. Lipsiae impresis annumeramus Bene-
nedictionum Librum in 8. ad cuius calcem: Impr. Lipczk per Dn. Marc.
Brandis, A. D. Milles. quadrang. octuaug. septimo. Vicef. die mens. Aug.
Vid. THEOPH. SINCERI *Annal. Litter. de Libris rar.* T. III. Norimb. MDCC
XXXVI. 8. p. 1. In (Clar. Hageri) *Buchdruckerkunst und Schriftgießerei* P.
I. p. 87. unicus tantum liber per Marc. Brandisum impensis dicitur exta-
re. De Marco vero Brand et Maurizio Brandis quid statuendum sit, ul-
teriori disquisitioni eruditis relinquimus. Alter liber h. a. editius *FLORVS*
est, in 4. In fine leguntur: *L. Annei flori Epithoma hoc emendatum: Fri-
dianus Pigbinutius lucensis et Iuo Wittigis ere premendum curauerunt.
Quod arte sua Conradus Gallicus in opido Liptzeni perfecit XII. Cal. Jun.
A. Sal. M. CCC. LXXX septimo. Seruatur in Bibl. Augusta et continet
plag.*

plag. XIV. *Pigbinutius* dedicauit librum ERNESTO, Magd. et Halberst. Eccl. Administratori, D. Sax. Litterae incipiunt: *Cum e magnifica fôroris tuae, (MARGARETAE ERNESTI) Electoris Fil. HENRICI IVNIORIS, D. Br. et Luneb. Conjugis) nuptiarum pompa redirem in ciuitate Halberstdensi tua (A. MCC CCLXXXVII. d. XXVI. Febr.) biduum variis spectaculis absumpsinus, dumque illuc inter deambulandum cum praestantissimo Romanae artis milite IO. de LVPIS, histiorum peritissimo de Veterum militari disciplina disserem, necfio, quomodo in L. Flori mentionem incidimus etc.* Sed hic Deho natore opus est, ne dubitationum fluentibus demergamur, quis CONR. ille GALLIVS, impressor, FRIDIANVSQUE PIGHNTIVS, editor, sit? querentes. Quodsi de *Conr. Kachelouenii* patria constaret, forte de Gallico argumentari licet, num idem a patris sic dictus, aliisque sit. Celeb. BVNEMANNVS in *Notitia scriptorum Artem Typogr. illustrantium* p. 23. in voce Goetze hujus quoque Gallici mentionem facit. LEICHIUS vero p. 141. eum *Conr. Baumgarten* esse conjicit.

Sequitur Annus MCCCCLXXXVIII. quo excusos Lipsiae inuenio tres libros, a LEICHO non memoratos. Nimurum *Candidissimum Dominici Mancini Librum de IV. Virtutibus*. Vid. Hamb. Beytr. A. MDCCXLII. p. 571. P. LXXI. Item *Epistolas Magni Turce*, in quarum fronte legas Joh. Maji epigramma ad lectorem, quod ita sonat:

*Suscipe quisquis voles tibi sponte sua venientes
Equanimos cives: magnanimosque duces.
Quidam vide virtus, animus, sapientia possit,
Et veteres illas nosse quid historias.
Hostibus insurgi aut meritis bene gratia reddi
Debeat aut proelis quavatione regi.
Ergo age quae magni cursus tibi contulit orbis
Munera Laudini plena fauore lege.*

Exsta editio ista in Bibl. Augusta.

Tertius liber *Speculum Saxonum* est, in cuius fine haec leguntur: *Explicit speculum Saxon. solicite correctum Impressum et expletum Lyptzgk.* Anno Dn. Milles. Quadring. octogesimo octauo die sabbati penultima Aug. F.

Hanc editionem Clar. GAERTNERVS in recentiori editionis hujus praefatione, ubi diuersos codices referit, ignorauit. Initio praecedit textus cuiusvis articuli lingua Saxonica inferiori; sequitur versio latina; quam denique excipit glossa idiome saxoniae Inferioris. Alia editio speculi saxon. eodem anno prodit Stendalae in Vet. Marchia, in cuius fine leguntur: *Gbedruket zu Stendal durch Joachim Westfael in dem LXXXVIII Jare. De Cod. MSC. linguae Sax. infer. conf. M. TOB. ECKARDI Codd. MSS. Quedlinb. p. 33. et 39. De Concordantiis in speculum Sax. Theodorici de Burgsdorf, (I. Bocksdorf) Lips. P. P. dein Numburg. Episcopi, legesis IO. MART. SCHAMELI Numburgum Litter. T. I. p. 7. fqq. Editiones alias adferat Celeb. SCHELHORNIVS T. III. p. 134. Amoen. Litter. LEICH. p. 65. Conf. LACKMANN quoque in *Annual. Typogr.* p. 155. dc ed. Auguftana per sylvan. Othmar.*

A. MCCCCLXXXIX prodit Lips. F. *Legalium Titulorum Declaratione*, ex indicio MAITTAIRII p. 782. T. I. Item: *VLRICVS MOLITOR DE CONSTANTIA de Lamis et pitibonicis mulieribus. 4.* Erat hic MOLITOR studii Papiensis Decret. Doctor et Curiae Constantiensis causarum patronus, qui opusculum hoc, quod plag. 5½ absoluuit, in modum dialogi conscripsit. Plura vid. apud FABRICIVM Bibl. Med. Latin. L. VIII. et L. XII. In Bibl. Aug. ed. A. MCCCXCIV. seruator. Junctum cum aliis hoc opus reperitur HENR. INSTITORIS et IAC. SPRENGERI *Malleo maleficarum*. Frf. MDLXXXII. 8.

In libris, qui A. MCCCCXCVI Lips. expressi sunt typis, non numerantur a Clar. LEICHO *Computus Norimberg.* forma quadruplici editus. Vid. MAITTAIRE T. I p. 783. et IOH. de VALZ *Himmelsche Fundgrub.* cuius mentionem faciunt MULLERVS in *Incunabulis Typogr.* Lips. p. 9. et MAITTAIRVS p. 529. Liber iste, in latinum idioma postea translatus, sub titulo *Coelifodinae sapientia in utraque lingua exiit*, ut Lipsiae Anno MCCCCXCVII. MDIV. X. XV et XVI. Erfordiae A. MDII. V. Leich. p. 72. 89. et *Bibl. Francof. Catal.* p. 117. etc. Inter archetypum tamen et Latinam versionem hoc maxime interest, quod haec pluribus verbis conscripta est, quam ille, quippe qui tempore promulgationis Jubilaei et Indulgentiarum per Germaniam sub Raymundo, sedis Apostolicae tunc in Germania legato prodit. De IOH. PALS, ita enim rectius pronuntiatur, vide sis *Centuriam Madrianam Scriptorum insignitum* etc. Helmst. MDCLX. 4. ut et Celeb. KAPPI Nachlese *Nützlicher Reform. Urkunden* P. IV. p. 424. sqq. ubi quoque de Coelifodina agitur. Ut vero de Coeli fodinae hujus argumento constet, adferre illud ex syllabo, sub calcem libri adjecto, ipsiis auctioris verbis, licet barbaris, nobis liceat. *Torum opus in IV. dispeſcitur partes: Pars I. continet partim Passionem textualem, omni anno praedicabilem contra quinque virtutia quorundam prae dicantium eam, et quinque virtutia audientium passionem; partim fructus et modos varios meditandi eam. P. II. continet quatuor de cogitationibus, ut: An quis cogitationibus peccare possit etc. P. III. continet quatuor de Morte etc. P. IV. continet VII. confortatius peccatoris, quae sunt: Immensae Dei bonitas, ineffabilis Christi pietas, maternalis B. Virg. caritas, fraternalis omnium sanctorum amicabilitas, sacramentorum fructuositas, indulgentiarum veritas et Jubilaei copiositas. In unoquoque capite quaestiones nonnullae eruantur, quas omittimus, et finem decennio primo Annalium Typograph. imponimus, in aliud tempus servantes reliqua.*

Restat, ut cauſam scriptiorum hujus indicemus, quae haec est. Il luxit diuina fauente gratia desideratissimum ille dies, qui *Serenissimi Principis ac Domini, Domini CAROLI, Duci Brunovicensium ac Lubneburgensium Potentissimi, Principis atque Heri Nostri Indulgentissimi Nomini AVGUSTISSIMO* in factis facer est. Tanti certe PRINCIPIS, tantique *Nominis* splendor, oculis atque mentibus nostris raptore luxit, ut praeterire hunc diem silentio, religio, immo nefas nobis fuerit. Et quam magnos Principes, quos virtute, non fortuna metiendos judicat Tullius, non nisi magna decere, admirandos, non nisi admiranda, in CAROLI Patris Patriae Nostri Clementissimi exemplo tamquam in speculo Musae nostrae intueantur, votis quam omnium, tum flagrantissimo pietatis studio, *Tanto PRINCIPI debito, non alias responderi posse arbitramur, quam si unus atque alter ex coetu nostro in publicum prodeat, bona verba bona hac luce faciat, atque Magnitudinem hanc in PRINCIPE Potentissimo, Dominoque Clementissimo Admirandam pro ingenio suo praediceret.* Facient hoc ex praescripto nostro Juuenes ornatisissimi, sedulique in athenaco nostro auditores, HENRICVS CHRISTIANVS FRICKE, Braunlaga-Blancoburgensis, et FRID. LUDOVICVS MULLER, Schenigenensis uterque Oratione Panegyrica, numeris adstricta; ille quidem Latino; hic Germanico idiomate. Quod reliquum est, omnes bonarum litterarum Patronos, Fautores atque Amicos ea, quia per eft, obseruantia rogo, ut officium illud sanctum et sollempnem honorifica praefentia sua ornare, votisque pro Indulgentissimi PRINCIPIS incolumitate piis profequi, non grauenetur. P. ipso auspiciatissimo CAROLI die, A.R. S. MDCCCLVI.



78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.
kann nicht vergeben!

ULB Halle
002 108 178



3

56.

KD7

RHD

tempore messis.

emnire mortem.

ere laesit,

menta dolorum,

pientia, fas est:



Univ. Libr. Ers. = Yc 7937 TK

ONOMACTHPIA

SERENISSIMI PRINCIPIS

AC DOMINI

DOMINI

CAROLI

DVCIS BRVNSVICENSIVM

AC LVNEBVRGENSIVM

PRINCIPIS AC DOMINI NOSTRI

LONGE CLEMENTISSIMI

IN

DVCALI ANNA-SOPHIANEO

A. D. XXVIII. IAN. CID ID CCLVI.

HORA MATVTINA NONA

PIE ATQVE RITE CELEBRANDA

INDICAT

P R A E M I S S O

SVPPLEMENTO LIBRORVM

L I P S I A E

AB A. M C C C C L X X I AD A. M C C C C X C

I M P R E S S O R V M

M. IO. ARNOLD. BALLENSTEDT,

RECTOR et INSPECTOR.

HELMSTADII

TYPIS B. P. D. SCHNÖRKEL

ACAD. TYPOGR.